



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118863**

§. 5. Concluso Facultatis Theologicæ Parisiensis de damnando Patris  
Santarelli libro.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

indulgeri petens, ne Santarelli doctri- Sæc. XVII.  
nam *calamo impugnare* tenerentur: ast A.C. 1626.  
hæc ipsa eorum petitio rejecta est a Se-  
natu, & a Talono Regio Advocato,  
qui in Servini locum successerat, post-  
quam hic die sexta Martii, cum in  
Parlamento coram Rege pro populi  
salute peroraret, apoplexia tactus in  
Senatu corruerat, ac intercluso spiritu  
percitus defecerat, hæc ingeminans  
verba: *Iesu Maria, Iesu Fili David,*  
*miserere mei.*

### §. V.

#### *Conclusio Facultatis Theologicæ Pa-* *risensis de damnando Patris* *Santarelli libro.*

Die prima Mensis Aprilis Doctores  
Sacrae Facultatis Theologicæ Pa-  
risensis in aula Collegii Sorbonici pu-  
blica habuere comitia, eo fine, ut San-  
tarelli Jesuitæ librum & doctrinam,  
quam Senatus Regius jamjam damna-  
verat, condigna quoque perstringerent  
censura. Præprimis igitur Joannes  
Daultryus, & Stephanus Dupuis,  
qui præter Doctores Rumetum & Cha-  
pelafum ad examinandum Santarelli  
librum selecti erant, in eodem hanc  
contineri doctrinam exposuere: *Sum-*  
*mum Pontificem posse pænis temporalibus*  
*punire*



Sæc. XVII. punire Reges & Principes, eosque deponere, & regnis suis privare ob crimen  
A. C. 1626. heresis, eorumque subditos ab illorum obedientia liberare, eamque semper in Ecclesia fuisse consuetudinem, & propter alias etiam causas, uti pro delictis, expedit: si Principes sint negligentes, propter insufficientiam, & inutilitatem personarum suarum. Item Pontificem habere in spiritualia simus, & omnia temporalia, & in eo esse de jure divino utramque potestatem spiritualis & temporalem. Credendum esse Ecclesia summoque ejus Pastori concessam esse facultatem puniendi paenit temporalibus Principes transgressores legum divinarum & humanarum, præsertim si crimen fuerit heresis. Dixerunt etiam eundem Santulum afferere, Apostolos fuisse subjectos Principibus Secularibus, de facto, non de jure. Quin etiam statim, atque confessuta est Pontificis maiestas, capite onus Principes esse illi subjectos. Denique retulerunt præfati Doctores, Santulum explicare verba Christi: Quodcumque ligaveris super terram &c. non tantum de potestate spirituali, sed etiam temporali. Ipsumque Sancto Paulo imponere, verba illius, detracta negatione, immutando.

Harum propositionum doctrinam ab hisce Theologis expositam, atque matura deliberatione discussam Parisien-

ses Doctores unanimi suffragio reproba- Sæc. XVII.  
 runt, eamque contentam tanquam no- A.C. 1626.  
 vam, falsam, erroneam, verbo Dei con-  
 trariam, Pontificis dignitati odium conci-  
 liantem, schismati occasionem præbentem,  
 supremæ Regum authoritati a Deo solo de-  
 pendent derogantem, Principum infidelium,  
 & hæreticorum conversionem impudentem,  
 pacis publicæ perturbativam, regnorum,  
 statuum, rerumque publicarum eversivam,  
 subditos ab obedientia, & subjectione avo-  
 cantem, & ad fætiones, rebelliones, sedi-  
 tiones, & Principum parricidia excitan-  
 tem damnarunt, ac iterato examine  
 plures alias propositiones erroneous ex  
 eodem libro decerpserunt, tandem ve-  
 ro Filefaco, Isamberto aliisque Docto-  
 ribus negotium dederunt, ut censuræ  
 evulgandæ ideam proponerent.

### §. VI.

#### *Censura Sacrae Facultatis Theo- gicæ Parisiensis lata in Santa- relli librum:*

Accerrime dimicabatur in Sorbona, quanam censura Santarelli liber Argentre  
 effet perstringendus, tandem vero ha-  
 bebantur die quarta Aprilis rursus Sor-  
 bonæ comitia, in quibus Joannes File-  
 facus Facultatis Doctor referebat, ce-  
 teros Theologos in hanc censuræ for-  
 mulam convenisse.

„Si